

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

B

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

simi: qui quum Triballos, & Ardians vicinos suos debellasset, postea à Scordiscis attriti, & tandem à Romanis penitus delenti sunt. Autor Strab lib. 7.

**Aurhe**, Alcionei gigantis filia fuisse perhibetur, quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis sororibus se in mare precipitavit. Sex autem Alcionei filie fuisse creduntur, Pausonia, Aurhe, Asterie, Alcippe, Methone, & Drimo, quæ ob desiderium patris ab Hercule occisi, quum in mare se dejicere velent, in Alcyones aves sunt mutatae. Apud Suidam tamen, unde hæc videntur esse descripta, non dicitur, non esse.

**Autini**, Hibernia populii sunt Ptolemæo.

**Autocanes**, Mons ponitur ab Homero in Hymnis.

**Autolia** (quod hic corruptè legebatur pro matre Vlyssii,) Vide ANTICLEA.

**Autolyceus**, aut **Autolycus**, Est maximus perhibetur: avus paternus Sinois & maternus avus Vlyssii. Mart. libro 8: Non fuit Autolycei tam picea manus. & Alter fuit Parnassi incolæ, de quo Strabo libro nono scribit, quod furto vicinorum bona sumpuerit.

**Autolius**, Vide AVLIUS.

**Auridoles**, pen. cost. **Auridolæ**, populi sunt Africae ad Atlantem montem. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. & 2. & Silium lib. 3: Necnon Auridoles levibus gens ignea plantis, Cui sonipes cunctis, cui cessat incitus amnis, Tanta fuga est.

**Automalax** Ptolemæo, Automala Straboni, Castellum est in interno Cyrenæici sinus recessu situm. Sunt, qui hodie **Esam** vocari credant.

**Automedon**, penultima correpta, Nomen aurigæ Achillis, Virgil. 2. Aeneidos: & equorum agitator Achillis Armiger Automedon.

**Autonoe**, **Autonoe**, Cadmi Thebarum conditoris, & Hermionei filia fuit, & Autonoe ex Antico mater, qui & ipse à nomine matris, Autonoeus vocatur ab Ovid. lib. 3. Metam.

**Auricum**, **Auricum**, Apud Prol. lib. 2. cap. 8: Galliarum urbs esse creditur, quæ vernacula lingua **Chortem** appellatur, à Cæsare Carnutum.

**Avus**, **Avus**, Fluvius Theoprotia, ad quem Paravei populi habitant, Stephanus.

**Auximim**, penultima prod. **Auximim**, Piceni urbs à qua Auximares populi dicti sunt, quorum meminit Plin. lib. 3. Vulgò **Ofimus** dicitur.

A ante X.

**Axantós**, Insula est in Oceano Septentrionali post Hybernam Plin. lib. 4. cap. 16.

**Axenium Mare**, **Axenium**, **Axenium**, German Das vngelone Pentisch Mer ven wegim der grasfamt der vmbigenden Wälder. ] Olim dicebatur quod hodie **Ponticum**, & **Evianum** dicitur sic à vicis accolarum barbarie appellatè. **Axi** enim inhospitalis est Nam, ut Strab. libro 7. tradit, solebant Scythi, maris hujus accolæ hospites immolare, eorumque carnibus vesci, calvisque ut loco poculorum. Ovidius de Ponto: Frigida me cohibent Euxini littora Ponti: Dicitur ab anto quis Axenus ille fuit.

**Axi**, **Axi**, Vrbis Loccorum Ozolorum, ab Axia filia Clymeni. Et à alia Italia. Steph.

**Axiace**, **Axiace**, populi sunt Sarmatiae Europææ, inter Tyran & Borythnem amnes Pencilis & Carpatius proximitate dicti ab Axiaze fluvio, ex Pencilis jugis nascente, qui Carpatho monti adherent. Hoc autem populos iustissimos fuisse tradit Pomp. lib. 2. ut qui furto omnis ignari, nec sua custodirent, nec aliena coningerent. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12, & Prol. lib. 3. cap. 5.

**Axiaces**, **Axiaces**, Fluvius est Sarmatiae Europææ, in Pencilis jugis nascent, qui Carpatho monti coheret: à quo vicini populi Axiaze nominati sunt: ut docent Mela lib. 2, Ptolem. lib. 3. cap. 5, & Plin. lib. 4. cap. 12.

**Axises**, Mulieres dicebantur, sive dii unâ agentes, Festus.

**Axióchus**, **Axióchus**, Nomen Atheniensis cujusdam clari, quem Plato in libro de Morie contemnenda unâ cum Socrate disputantem introducit, fortè quoddam Socrates illi fuerit familiaris.

**Axióon**, **Axióon**, Frater fuit Alphitibææ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur, vel ut sentire videtur Ovidius, à filia Calimhoës.

**Axilium**, **Axilium**, Vrbis in Myfia inferiori, Prol. vulgò **Chalia**.

**Axius**, **Axius**, vulgò **Vandari**, Fluvius Macedoniæ, in sinum Thematium influens, de quo Plin. lib. 4. cap. 10: Eutopus, **Axius**, ad Axium fluvium, & paulò post: Mox in ora Ichne fluvius Axius. & Est iterum alius hujus nominis fluvius Paphlagonum per Mygdoniam fluens.

**Axióon**, **Axióon**, sonum fluvius in minore Asia. Plin. lib. 5. cap. 27.

**Axon**, **Axon**, pen. cost. **Axon**, Fluvius est in extremis finibus Rhetorum. Antonius in Moëlla: Non tibi se Liger autferet, non Axona præceps.

**Axos**, Vrbis Cherronesi Thraciæ. Axos etiam Græci crepantes vocant.

**Axumites**, **Axumites**, Metropolis Aethiopum, Stephanus.

**Axillis**, **Axillis**, Phrygia cujusdam nomen est, singulari benevolentia, & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Trojam interemit: tradit Homer. Iliad. 6.

A ante Z.

**Aza**, **Aza**, **Aza**, Oppidum est Armeniæ minoris, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 9.

**Azan**, **Azan**, **Azan**, Mons est Arcadiæ, Cybele deorum maris facer, à quo nonnulli vicinam regionem Azaniam vocant volunt: quam tamen Stephanus ab Arcadica quadam muliere, quæ Azano dicebatur, ut dictum est. & **Azana mala**, **Azana mala**, Dicitur solitum, ubi quis in te perdifficili & infragifera plurimè sumeret laborem, aut ubi res esset cuspium cum homine difficilis, moroso, intra stabili tenaci. & Hujus regionis incolæ Azanes dicitur, à **Azana**. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim in tres præcipuos divisi erant populi: Parrhasios, Azanes, & hinc recedentes Trapezuntios: & hæc regione fons fuit, cujus aquam pullantibus tantum deinceps aquarum obviebat: sicut dicitur, ut ne odore quidem earum ferre possent. Non me latet, plerumque in ea fuisse sententia, Azanum fontis aquas, vinum non aquam fulgidum generare: quorum judicio quo minus subletherem, loquitur Eudoxi ipsius autoritas, cujus verba ex sexta de terra cultu lib. refert Stephanus hunc in modum: **Εν Αζανί τῷ ἁγίῳ, ἡ πόσις ὑπερβαίνει τὸν οἶνον, καὶ τὸν οἶνον ὑπερβαίνει τὸν μέλι.** Hinc fons contrariam vim obinet, qui in agro Cistonio est, cujus aquas qui gustaverit, abstinens reddunt, ut tradit Plin. lib. 31. cap. 2. & Ovid. 15. Metam.

**Azani**, **Azani**, **Azani**, Oppidum est in ea parte Phrygiæ, quæ Epistrotica cognominatur: de quo Strabo. lib. 12.

**Azenis**, **Azenis**, Partibus Hippocentidis in Atrica. Steph.

**Azillis**, **Azillis**, Aziris, Locus, vel urbs, vel fluvius Libyæ Steph.

**Aziris**, **Aziris** Ptolemæo, Civitas est Armeniæ minoris.

**Azon**, Vide AZA.

**Azor**, **Azor**, Vrbis Paphlagoniæ Tripolitidis. Steph.

**Azotus**, **Azotus**, pen. prod. Vrbis Syriæ, inter Alalonem & Ioppen, quam, ut ait Stephanus, condidit quidam à man rubro profugus, ex nomine uxoris suæ Azæ. Hæc est una è quinque Philistinorum urbibus, quondam clarissima. & Est & Azotus, urbs Achaia, cujus meminit idem Steph.

**Azotus**, **Azotus**, a. un. adjectivum, **Azotus**, **Azotus**, Vrbis Azotii, à **Azotus**, qui Azorum habitabat.

B

**Bab**, [ **Bab** ] **Bab**, **Bab**, Suidæ, ait August. nomen apud Tyrios, quod datur Iovi. Nam Basilianci videntur dicere domum: unde Basilianci, quasi dominum caeli dicunt: Sames quippe apud eos caelum appellatur. Vide in RAHAL.

**Babai**, **Babai**, Civitas est in tribu Dan, quam Salomon rex splendidiæ exornavit ædificiis.

**Babacætes**, **Babacætes**, Vnum ex nominibus Bacchi, à **Bab** & **acætes**, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgas inconditos quosdam ululatus edebant.

**Babb** Plinio, **Babb** Stephano, Africae oppidum est, ad Atlantem montem. Huc ab Augusto colonia transfusa est. & à nomine avunculi Iulii campestris appellata Plin. lib. 5. cap. 1.

**Babilus**, animal volatile, quod vulgò **Babilus** dicitur, de quo Amb. lib. Hex. Fertus hic corniger vermis converti primum in speciem caulis atque in eam mutari naturam, in de processu quodam fieri bambilius: nec eam tamen formam, figuramque custodit, sed laxis & latioribus foliis pinnae veteris assamere. Ex his foliis mollis illa Setes depectunt velleræ, quæ ad usus sibi proprios divites vendicant.

**Babrantium**, **Babrantium**, Locus circa Chium Steph. videtur aut etiam Babras dici apud eundem. Babras enim, **Babras**, oppidum est Aeolidis prope Chium, à quo gentile Babrantius.

**Babylon**, pen. prod. [ **Bab** ] **Babylon**, Ger. Du gressend gewattige bauyfften Babylon in Chaldaea am fluss Euphrate gregit. ] Vrbis nobilissima, ad Euphratem fluvium sita, olim Chaldaeorum caput, à qua magna Mesopotamiæ, Assyriæque pars Babyloniam appellata est: ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26. Hanc Strab. lib. 16. à Semiramide conditam tradidit. Hebraeorum verò litteræ originem eius ad Nimrod gigantem referunt: & à linguarum confusione ita nominatam volunt. Hæc postea à Nino vel Semiramide inflaurata, mœnibus ac horis pensibus, temploque ac arce maxime fuit admirabilis: campi planitie undique, con-

diq; conspicua, natura loci latissima, castrorum facie, mœnibus paribus per quadrum disposita. Murorum ejus vix credibilis elatu firmitas, & magnitudo: utpote qui in latitudinem cubitos quinquaginta habuerint: in altitudinem ducentos. Ambitus ejus quadringentorum octoginta stadiorum fuisse traditur. Euphrate fluvio mediam eam interfusit. Mius colubili latere atque interfuso bitumine compactus. Quem tam latam fuisse quidam scribunt, ut quadringenti sibi invicem occurrentes facillè pertransire possent. Unde & inter septem spectacula tibi numeratur. Fossâ extrinsecus latè patens, vice amnis circumfluit. A fronte murorum centum portæ erant. Hæc urbs quum aliquando defecisset, & Semiramis circa cultû corporis occupata esset, solura adhuc altera crinium parte, ad eam recuperandam cucurrit: nec prius decorem capillorum redegit in ordinem, quam urbem in suam potestatem restitutam vidit. ¶ Est & Babylon Aegypti castellum, ut ait Strabo lib. 17. natura munitum, à Babylonis quibusdam conditum, qui relicta patria, sedem ibi permittente Rege, sibi delegerant. Hic postea collocata fuit una ex tribus legionibus, quæ Aegypto præsidii gratia impositæ erant. A Ptolemæo Babylis, *Βαβυλίς* appellatur. Non procul distat à Delta Nili insula, eam partem spectans, in qua sita est Memphis, amplissima Aegypti urbs, quæ hodie *Cayrum* appellatur.

**Babylonia**, *Βαβυλωνία*, Regio est majoris Asia Septentrione Mesopotamiae partem spectans: ab Ortu Susianam: à Meridie sinus Persici partem: & ab Occasu Arabiam desertam ita dicta à Babylone urbe splendidissima, quæ olim Assyriorum regia fuit, & Chaldaæ totius caput.

**Babylonia**, a, um, *Βαβυλωνία*, Possessivum à Babylone formatum: unde Babylonia vestes, & Babylonica stragula dicta sunt, quæ diversos colores habebant intextos: quod genus Babylone maxime celebratum fuit, teste Plinio libro 8. capite 48. ¶ Eadem & Babylonica subtilantivè dicuntur. Plinius loco iam citato: Metellus Scipio Babylonica triclinaria festivum octingentis millibus venisse, in criminibus Capitonis posuit.

**Babylonia**, *Βαβυλωνία*, Gentile nomen à Babylone formatum. Cicer. 2. de Divin. Nam quod aiant, quædringenta septuaginta millia annorum in periclitandis, experiendisq; pueris, quicunque essent nati, Babylonia posuisse, fallunt. Babylonia, adjectivum. Lucan. libro 6. Mœnia mirentur refugii Babylonia Parthi.

**Babylonia**, Castellum munitissimum Atropatæ regionis Mediæ propè Artaxata urbem, Strabo lib. 11.

**Babylonia**, *Βαβυλωνία*, Vitis Persica, Steph.

**Babylonia**, (quod huc ex Herodoto corruptè translatum erat) Vide **CANABALES**.

**Babylonia**, *Βαβυλωνία*, Hispaniæ gens. Steph.

**Babylonia**, Villa quædam circa Mæotidem.

**Babylonia**, teste Lactantio, Persei fuit filius, & Andromedæ, & ut idem dicit, apud quosdam populos Orientales imperavit: (x Bocatio) qui postea ab Achæmenide Baccho montis filio Achæmenides appellati sunt: hî Apollinis titus se invenisse asserunt.

**Babylonia**, penult. corrup. *Βαβυλωνία*, Nomen proprium viri, quod apud nos lucus fortis, vel vetustas in vomitu dici potest.

**Babylonia**, Ducis proprium, qui Sinopem urbem Lucullo prodidit. Autor Strabo lib. 12.

**Babylonia**, Fluvius qui de Vicentinis montibus defluit.

**Babylonia**, *Βαβυλωνία*, Iovis ex Semele filius, putatus est deus vini, & pro ipso vino poni consuevit. Hic multi nominis fuit: nam primû Dionysius: deinde Liber pater dictus est: & postremò Bacchus, ut Dio doro placet, à Bacchis mulieribus, quas *Βαβυλωνίαι*: hoc est, insanientes, & immodè se gerentes, in Indiam expeditionem parans, multas secum habuisse fertur. Idè & Osiris dicitur, & Bromius & Lenæus. A Græcis etiam *Διόνυκος*, quod bis natus fuisse, & duas quasi matres habuisse fingatur. Ferunt enim Semelem ex Iove jam gravidam, quum ab amatore deo (qui se illi daturû quicquid petisset, per Sygiam paludem juraverat) Junonis dolo hoc sibi manus rogasset, ut talis secum, qualis cum Iunone solebat, nocte una cõcumberet, fulmine fuisse exustam, puerumque utero exemptum, Iovis femori fuisse insectum: quem ille postea maturo partus tempore, more gravidæ mulieris est enixus. Hic orbem ferè terrarum peragravit: multas nationes domuit: Indos debellavit, & primus omnium triumphavit, vestis Isidico elephantro, ut scribit Dio dorus. Primus emere ac vendere instituit, & diadema regum ac triumphû invenit. Dicitur etiam Bacchus fertur, *Βαβυλωνία*: hoc est, à vociferando & ululando, adjecta litera, quo vastior ille Mænadum sonus in ipso Dei nomine redderetur. ¶ Cicero Bacchus, *Βαβυλωνία*. De re vehementer contempta. Sumptum adagium à potu ex leguminibus confecto, qui vinum imitatur. ¶ Crudeles Bacchus,

*Βαβυλωνία*. Baccho quondam vivos homines sacrificare mos erat: unde in crudeles convenit, sive quod temulentia feroces reddat & immites. ¶ Nihil ad Bacchum, *Βαβυλωνία*. Vbi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil attinet, quæ eleganter dicimus à *Βαβυλωνία*. ¶ Multi thyrsigeri, pauci Bacchi, *Βαβυλωνία* *Βαβυλωνία*: id est, pluribus thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos. Carmen hexametrum proverbio Græcis celebratum, quo significatum est, compluribus mortaliû adesse virtutis insignia, aut etiam sâmam, qui tamen vera virtute vacent.

**Bacchi**, bacche, *Βαβυλωνία*, Bacchi sacrificula, quæ & Mênas, & Thyas, & Bassaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoq; anno ad Cithæronem montem catervatim cum Thyrsis convenientes, ut ibi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. Ovid. 9. Metam. Vtq; tuo more, proles Semeleia, Thyso Ismaria celebrant repetita trienoia Bacchæ. Cicer. Fab. lib. 7: Bacchis verò ubi est apud me locus? Ac pulchellæ sunt: novi optimè, & sepe vidi. ¶ Bacchæ more, *Βαβυλωνία*. De tetricis ac taciturnis dicitur solitum, quod essent hujusmodi Mênades illæ, Bacchico afflatæ furore: Autor Diogenianus. At juvenalis retulit ad vitam intemperantem: Qui Cunos simulant, & Bacchanalia vivunt.

**Bacchæ**, vel Bacchanale, [*Βαβυλωνία*, *Βαβυλωνία*. Pol. *Μετφορική* *Υποκριτική* *Ραψοδία*. Ang. *Days when they solemnise Bacchus feasts in riots and drunkenness.*] Locus in quo Bacchi festa celebrantur. Plant. in Aulul. Ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatû. Bacchanalia, quæ & Dionysia, *Βαβυλωνία*, Bacchi festa, in quibus viri per noctem foeminis & teneræ ætatis turpiter miscbantur per doli. Unde est illud apud Juven. Sat. 2: Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt. Hæc à multis Græciæ urbibus triennio quoq; celebrabantur. ¶ Est autem hoc nomen pluralis numerus tantum: facit, genitivum Bacchanalium, vel Bacchanaliorum: quod & in cæteris festorum nominibus observatur.

**Bacchæ**, idos, *Βαβυλωνία*, Denominativum foemina. Vide in APPELLATIVIS.

**Bacchæ**, a, um, per tres syllabas, quarum penultima producta, *Βαβυλωνία*, possessivum à Baccho deductum. Colum. libro 10: per omnia silentia Musis Pietis nemoris Bacchæ vocem fremantem. Virgilius in diphthongum dividens, per quatuor syllabas extulit, lib. 1. Georg. Quid memorandum æquæ Bacchæcæ doaa tulerunt!

**Bacchæ**, a, um, *Βαβυλωνία*, Possessiv. Vide in APPELL.

**Bacchides**, pen. corr. *Βαβυλωνία*, Patronymic. Vide in APPELLATIVIS.

**Bacchides** nomen unius ex satrapis Assyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio aduersus Machabæos missus, ab illis est interceptus.

**Bacchides**, sive Baccheum penult. prod. *Βαβυλωνία*, Vide in APPELLATIVIS.

**Bacchidæ**, *Βαβυλωνία*, Dicti fuerunt qui à Corintho exules in Siciliam devenerunt, & urbem inter Pachynum & Pelorum edificantes Siculi facti sunt. ¶ Hi à Bacchia Dionysii filia originem duxerunt. Strab. lib. 8. de Corintho loquens: Bacchidæ, inquit, annis ferè CC. urbem dominatione tenuerunt, & tyranni locupletissimi, & numero plurimi, & genere clari evadentes, timpositum ipsum adempto metu fructuosum possidere, &c. Ovidius tertio Metamorph. Et qua Bacchidæ bimari gens orta Corintho Inter inæquales posuerunt mœnia portus.

**Bacis**, Vates quidam Bœotius, cuius meminit Cicer. in lib. de Divinat.

**Bacchæ**, *Βαβυλωνία*, Bacchi nomen, quemadmodum & Babactes, *Βαβυλωνία* id est, clamo, vociferor. Solent enim Baccho: hoc est, vino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuano quodam, & incondito clamore replere.

**Bactra**, orum, *Βαβυλωνία*, Scythiæ provincia, ultra Assyriam, à flumine Bactro cognominata. Virgilius libro secundo Georg. neque Bactra, neque Indi Laudibus Italiæ certent. Ejus provinciæ populi Bactri, Bactrii, & Bactriani, *Βαβυλωνία* *Βαβυλωνία*, & *Βαβυλωνία* vocati sunt, quorum rex fuit Zoroastres, magicæ artis inventor. Bactrianum regnum olim mille urbibus fuisse inclitum fertur. ¶ Bactra item sive Bactrum (ut apud Plinium legitur libro sexto, capite 16.) oppidum est ejusdem regionis, Bactrianorum regum regia, & totius regni capitula dictum à Bactro fluvio, quum antea Ariaspe appellaretur. De Bactrianorum moribus memoriæ proditum est ab Onescrito, canes apud illos alii, quos Sepulchrales vocant, quibus parentes morbo, ætate confectos obijciunt dilacerandos. Mulieres autem earum splendido cultu & unguentis uti, à servis & ancillis multò magis quam viros colli, nec nisi equo insidentes, magnoque & auri & gemmarum apparatu exultant, in publicum prodire: matrimonii autem castitatem non servare.

vare, sed räm servis, quäm advenis promiscuè sese commisce-  
re: nec à vitis eo nomine accusari, quibus ipsa dominati vi-  
dentur.

**Bactros.** Fluvius est in finibus Scythiæ Asiaticæ. à quo Bactra  
regio, & Bactrum urbs nomen sumpsit. Lucan. libro 3: Erran-  
tes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros includit gelido, etc.

**Bacuri.** vel **Bacyriani.** *vel Bactros q. Bactroganosi.* Gens Parthi  
& Medi vicina.

**Bacuntius.** vel **Baguntius.** Pannoniæ fluvius est, in Savum  
influens. Autor Plin. lib. 7. cap. 25.

**Badas.** Syriæ fluvius est, Memnonis sepulchro nobilitatus.  
Strabo lib. 15.

**Badacum.** *ci. Badag.* Civitas est Norici, apud Ptolem. lib. 2.  
cap. 14. quàm nonnulli putant eandem esse cum ea, quàm ho-  
die à *Saltze* vicino fluvio *Saltzhugum* vocant.

**Badena.** Vrbs alia in Helvetiæ alia in Marchia: à Thermsi a-  
pud Germanos nomen suum habens.

**Badeos.** *Badios.* Vrbs Fœlicis Arabiæ, juxta rubrū mare, Steph.

**Badiza.** *Badiça.* Vrbs Britannicæ, Steph.

**Badi.** *Badi.* Mons Cephalicè à Bæo Vlyssis gubernatore, Steph.

**Bæica.** *Bæica.* Civitas Chaoniæ, Steph.

**Bæbar.** *Bæbar.* Oppidum Caricæ, Steph.

**Bæcyia.** *Bæcyia.* Vrbs Ibericè juxta Herculis columnas, Steph.

**Bænacus.** vide **BENACVS.**

**Bænna.** vide **BENNA.**

**Bænis.** *Bænis.* Apud Strab. lib. 3. Fluvius est Lusitanicæ, omnio  
eius regionis fluviorum longè maximus, cujus fons est apud  
Cantabros. Alio nomine vocatur Minus.

**Bæodurum.** vel **Bæodurum.** vel **Bolodurum.** vel **Bata-  
his.** Ptol. Posticum. [Vulgò *Bessum*.] propter confluentem  
Aeni in Danubium. Vrbs est Bavaricæ.

**Bæsimpis.** *Bæsimpis.* Civitas in Arabico sinu circa rubrum  
mare, quæ domus est Solis.

**Bæsi.** *Bæsi.* vide **SCYTHOPOLIS.**

**Bætharrus.** *Bætharrus.* Magnus vicus in Palæstina, Steph.

**Bætharra.** *Bætharra.* Vrbs Celticæ, Steph.

**Bæthra.** *Bæthra.* Vrbs Gallicæ Narbonensis. Ptolem. lib. 2. cap.  
10. fons *Bæthra.*

**Bæthra.** *Bæthra.* German. *Das Königreich  
Granat* in Hispania. Polon. *Królestwo Granat*, *skamirspani.*  
Hispaniæ regio Australis, à Lusitanis Ana fluvio discretæ: ita  
dicta à Bæthanne, qui eam prædium perdidit. De hac Plinius  
libro 3. cap. 1. & 2. Hodie bona hujus regionis præ *Granata*  
dicitur, à grani tigroni copia, quod Græco nomine *Citium*  
appellamus.

**Bæthra.** *Bæthra.* German. *En sus in Hispania deo Königreich  
Granat*.] Fluvius est ulterioris Hispaniæ, qui ex Tarraconen-  
sis agri finibus labens, Australemque Hispaniæ regionem,  
quæ ab eo Bæthra appellatur, mediam percurrit: tandem nõ  
procul à Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur. Hu-  
jus fluvii aquis lanæ optimè tingit, autor est Martialis, quum  
ait: Bæthis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis  
vellera tingit aquis.

**Bæthra.** *Bæthra.* pen. cor. Accola Bæthis fluvii. Sil. lib. 11. & vulgus  
Iberum Bæthra:q. viros spatios agitabat iniquis.

**Bæthra.** *Bæthra.* cum, adjectivum: [German. *Polon. sperem.* Vng.  
*Bæthra.* Ang. *Fake colour, betwixt russet and black.*] ut Bæthra  
color, obscurus, qui & pullus dicitur, & Hispanus, & Nativus.  
Nam in Bæthra Hispaniæ regione vellera natura pulla sunt, ex  
quibus tenuiores sibi vestes conficiunt, quæ fidelissimè colo-  
rem suum servant, neque facillè maculis inficiuntur.

**Bæthra.** *Bæthra.* a, um, aliud adject. Pallatus. [Polon. *Bæthra* ob-  
liscipus. Ang. *Cladde in mourning apparel.*] Mart. lib. 1: Et bæthra-  
tus, arg. leu. ophæatus.

**Bæthra.** *Bæthra.* Vrbs Cappadociæ, Steph.

**Bæthra.** *Bæthra.* Hispaniæ fluvius est in Tarraconensi tra-  
ctu, circa montem Iovis, non procul à Barcinone in mare in-  
fluens. Hispani hodie sua lingua *Bæthra* vocant. Meminit hu-  
jus fluvii Pomponius Mela lib. 2. & Est item Bæthra oppidi  
nomen in eodem tractu: quod recensetur à Plin. lib. 3. cap. 2.  
& Ptol. lib. 2. cap. 6.

**Bæthra.** *Bæthra.* Vide in **APPELL.**

**Bæthra.** Gubernator Vlyssis, Vide **BÆA.**

**Bæthra.** Civitas est trans Jordanem, Orientem versus ad soli-  
tudinem vergens, in campèstri terra sita. Hæc secundum Mo-  
sen lib. 5. nõ solum fugitivis homicidis tutissimum asylū fuit:  
verumetiam, testante Iosua, Metani nepotibus de tribu Ru-  
ben assignata est.

**Bagadonia.** Pars Macedoniæ maximè australis, Ptolem.

**Baganum.** Autore Ptolemæo, Nerviorum civitas, alio nomi-  
ne *Totnam*.

**Bagoas.** *Bagoas.* teste Curtio, Eunuchus fuit, ab Alexandro  
Magno iurpiter admatatus. Hunc Otilius satrapes inter Per-  
sas nobilissimus, quum Regis amicos omnes muneribus af-

fecisset, solum præterit, admonitus quæ à quodam, cum re-  
gi esse charissimum, respondit: Se amicos Regis, non scona  
colere.

**Baguntinus.** Vide **SACVNTIVS.**

**Bahal.** [Vulgò *Bahal.* *Bahal.*] numero singulari, inquit Hierony-  
mus, Tyrrotū Deus habebatur. Bahalim pluraliter, deus sive  
idola significat, & est masculini generis. Vbi enim in He-  
bræicæ dictionis IM syllabam legimus in numero plu-  
rali, est generis masculini. Vbi autem OTH, numero plurali,  
generis feminini.

**Baiæ.** *Baiæ.* Civitas Campaniæ, secus Campanum mare  
sita, sinus amenitate & aquarum salubritate celeberrima: ita  
dicta à Bæo Vlyssis focio illic sepulto. In huius agro aquæ ca-  
lidæ sunt, & ad voluptatem, & ad varios morbos commodæ.  
Silvius: docet ille reptentes Vnde fecerat nomen Baiæ, comi-  
temq. dedisse Dulichis puppis flagno sua nomina moallæ.  
Horat. libro 1. Epist. Nullus in orbe sinus Baiis præluet amen-  
is. & Hinc fit Baiæanus, a, um, ut sinus Baiæanus, qui hinc Mi-  
seno monte, illinc Pateolis clauditur. Baiæana herosa, & Ora  
Baiæana, apud Statium.

**Bairon.** Historicus, scripsit Breviarium rerum ab Alexandro  
gestatarum. Autor Suidas.

**Baius.** Servio *Baius*. vel Baiæ Straboni, *Baiæ.* Vnus ex fi-  
cis Vlyssis fait, à cujus nomine Baiæ appellatæ creduntur.  
Vide **BÆIAE.**

**Bala.** *Bala.* Civitas Gallicæ, Steph.

**Balanca.** Plinio, *Balanca.* Stephano, Oppidum in confinio Sy-  
riæ & Phœnicæ, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 20.

**Balani Sardiani.** *Balani Sardiani.* A Græcis olim appella-  
bantur, quas nos *Callianæ* dicimus. Primum enim Sardi-  
bus creduntur proveniscent tradit Plinius libro decimoquin-  
to. capite 25.

**Balbina.** Virgo Romana & martyr Quirini, liberata à summe  
vino per Alexandrum pontificem, sepulta in via Appia juxta  
parietem: qui ambo sub Trajano sunt passi. Autor Volat.

**Balbura.** *Balbura.* Vrbs Lyciæ, Stephan. Vide Bubo apud  
eundem.

**Balbus Cornelius.** Vide **CORNELIVS.**

**Balcea.** Vrbs citra Piontidem, Steph.

**Baldraca.** Puella generis obscuri, peregrinæque conditionis,  
quæ quavis multatum rerum ob paupertatem esset indige-  
noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni imperatori,  
quævis multa promittenti, ut scribit Volaterranus.

**Baleares.** [Vulgò *Baleares* & *Minorica.* German.  
*Baleares* dicitur nomen in veterem *Baleares* in Hispania  
*Baleares* fletit.] Dux insule ante Hispaniam, 30000. passuum  
intervallo à se invicem distantes, quarum maior, quæ Ormen-  
tem spectat, 100000. passuum longitudinem habet: circuitum  
autem passuum 480000. cuius præcipua oppida olim fuerunt  
Palma & Pollentia. Alterius in 60000. tantum passuum lon-  
gitudinem extenditur: circuitus autem in passuum 140000. & Di-  
ctæ Baleares, (ut quidam volunt) à Bæo quodam Horatii  
comite ibi relicto. Aut certe à *Bæo* hoc est, à jaculante  
propterea quod fundæ jaculatione Baleares periosissimi habi-  
tū sunt. Tradit enim Lycophron, & post eum Horat. lib. 3. cap.  
2. eam hinc in insulis observatam fuisse consuetudinem, ut  
elutientibus filis à matribus ioculaculum in sublimi mibe  
proponeretur, quod illi contingere non poterant, nisi præ-  
funda deiecerint. A Græcis dicti sunt *Baleares*, quod quid-  
dam aliquandiu vitam egisse dicuntur, nec velibus utentes,  
nec calcis. In hisce insulis tantus olim cuculorum proventus  
fuit, teste Plin. lib. 2. cap. 32, ut in eos præsidium militum ab  
Augusto petere sint coacti. Hodie ab Hispanis: quorum im-  
perio parent, *Baleares* & *Minorica* appellantur. & Baleares eni  
dicuntur incolæ harum insularum. & inde fit possessivum Ba-  
learis, & sic Virg. lib. 1. Georg. Stupea torquentem Baleares  
verbera fundæ.

**Baleares.** *Baleares.* ca, cum: ut Balearesica funda. Ovid. 2. Metamorph.  
Non secus exarsit, quàm quum Balearesica plumbum funda  
jacit: volat illud, & incandescit eundo. & Balearesica vna. Plin.  
libro 14. capite septimo: Balearesica vna ex insulis, offerantur  
Italix primis. Balearesicæ cochleæ quæ herba non vivunt, sed  
vix modo inter se coherent, à terræ savis non prospere  
unde & cavatica à Balearibus appellantur. Autor Plinius lib.  
8. cap. 39.

**Baleium.** autore Plinio, Apulicæ oppidum est maximum, nõ  
procul à Brundisio. Plin. lib. 3. cap. 17.

**Baliardus.** Philosophus quidam Gallicus ac Peripateticus,  
Parisius prodit vir doctissimus, ab orthodoxis tamen in qui-  
busdam aberrans, à quibus nec per synodum iussu regis Lo-  
dovici hujus gratia coactam avelli potuit: sed in quodam la-  
co deserto, cura sociis nonnullis omne ærum abilitudo cre-  
git. Volaterr. lib. 22.

**Balius.** sive **Balius.** (nam & in Græcis quibusdam codicibus  
*Balius*)

**Balium** legitur in aliis *Baldus*. Vnus fuit ex equis Achillis, à Balio colore ita dicitur. Commemoratur autem Homer. lib. 16. Iliad. tres Achillis equos, quorum duos Balam & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro vèto, & Podarge Harpyia propator: tertium autem mortalem, nomine Pedalum.

**Balicenus**, Avunculus Catilinæ, Lucretium Afellam, consulatum contra voluntatem Syllæ ad perturbandum civitatis statum percatem, occidit jussu Syllæ tunc Dictatoris, accusatus postea, sc damnavit. Pædianus.

**Balimenses**, Populi in Latio, qui alias Trebulani dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 5.

**Balis**, Vrbis juxta Libyæ Cyrenæ, *βάλισ*: dièta quòd Balis Deus in ea colebatur. Steph.

**Ballis**, Vrbis Mæcedoniæ. Steph.

**Balceum**, *βάλκεον*, Vrbis Mæcedoniæ. Steph.

**Balsi**, *βάλσι*, A. Plin. lib. 5. cap. item 5, numeratur inter Cyrenæ regionis oppida. Est etiam hoc nomine urbs Lulitaniæ, non procul à Sacro promontorio, & Anæ fluvii ostiis, quæ vulgò nunc *Tavila* dici creditur. Commemoratur à Plin. lib. 4. cap. 22, & Ptolem. lib. 2. cap. 5.

**Balchis**, Insula est in mari Germanico, quæ mari Baltico nomen dedit. Meminit hujus insulæ Plin. lib. 4. cap. 13.

**Bambergâ**, Vrbis Episcopalis Franconia.

**Bamborum**, Flumen Mauritanie crocodilis & hippopotamis repletum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 1.

**Bambyce**, *βαμβύκη*, Straboni Mesopotamiae civitas est, sive (ut Plinio placet) Syriæ Cæles, in qua Atergatis dea colebatur. Hec alio nomine Hieropolis: hoc est, sacra civitas appellatur, & Edeffa. Vide latius in dictione EDEFFA.

**Banafa**, Apud Plin. lib. 5. cap. 1, Romanorum colonia est in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

**Banaurides**, *βανουρίδες*, Insulæ Thulciæ, à Banauo filio Ajax, Stephanus.

**Banissa**, alibi *Baniffa*, Populi Thraciæ. Steph.

**Banti**, *βάντι*, Vrbis Italiæ. Steph.

**Banti**, Populi Thraciæ. *βάντι*. Steph.

**Banurri**, Getuli sunt, incolæ Tingitanæ provinciæ, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 2.

**Baptæ**, [*βάνται*, Ger. *Wette*] *βάνται* in *Wette* der *Wette* der *Wette* Athenis erant sacerdotibus Corymbis, impudiciæ deæ, cui nocturna sacra peragebant, saltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicit autem sunt Baptæ, *βάνται*, quòd qui facis illis iniuriabatur, aqua calida iungeretur. Iuxta Sat. Cæcropi soliti Baptæ lassare Corymbos in hoc Eupolis Comædium conscripsit, quam ab illorū nomine Baptæ appellavit, in qua molliciam eorum & libidinem depinxit. Quam ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus. Vide plura de his apud Suidam, & Polianū Miscellaneorum cap. 10.

**Barabbas**, [*βαραββας*, Ger. *Ein Vater*] *βαραββας* per duplex s, est Syra dictio, sicut & sequentes duæ, quæ apud nos significatur filius patris. Componitur enim ex *βαρα*, quod apud illos filius dicitur, & *ββας* pater. Seditur:

Tum coluere Bahal, tunc elegere Barabbas.

**Barace**, Insulæ Gedrosiæ. Steph.

**Barach**, [*βαραχ*,] Nomen viri propriū, & apud nos significat solamen.

**Barachias**, *βαραχίας*, nomen viri, & benedictus seu *Fulgur Domini* interpretatur.

**Baracum**, *βαρακον*, Oppidum Asiæ in tractu Cyrenæico, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. item 5.

**Baricuri**, *βαρακίρι*, Emporium Indiæ extra Gangem, autore Ptolem. lib. 7. cap. 2. hodie Bangellâ civitas fecundissima, & regnum latissimum.

**Baragasa**, Aethiopiæ oppidum, de quo Plin. lib. 6. cap. 29. Aliqui usum Aethiopiæ oppidum ultra ponunt in litore, Baragasa.

**Baramalacum**, Nabathæorum oppidum non spernendum in ea parte Arabiæ, quæ est cotermina Syriæ, ut autor est Plin. lib. 6. cap. 28.

**Barithrum**, [*βάριθρον*, Gal. *Abissus*, *ganffer*, *lieu profond* & *dangeroux*. Ital. *Abissi*, *profondità*. Ger. *Ein graufame tiefe grub* / oder *loch* / was verjetten zu Athen ein solches das vuden von mir vud taat / in welches sie die Wethstater versen dten. Hisp. *Lugar sin fondo* Pol. *Πρυπέσι* Vng. *Mély barlang*. Ang. *A deep and dangerous gulf* in *pitte*.] Locus Athenis fuit immentæ profunditatis; in imo mollis & cœnulosus, in quem noxios, & damnatos decubabant. Hinc factum est, ut loca omnia profunda, unde quis emergere non possit, ab illius similitudine Barathra dicantur: cuiusmodi apud inferos Tartarum fingunt Poëtae, qui Bis pater in præceps tantum, teoditque sub umbras. Quamvis ad ætherium cœli suspensus Olympum. Hoc etiam nomine appellatur terræ cavitates, quæ fla-

vios hauriunt, aliis in locis rursus emerfuros. Transfertur quoque ad alta. Martialis Barathrum fœminicum, pro locis muliebribus dixit. Idem stomachi imū hiatum Barathrū appellavit, quòd ait: Extremo ructus si venit à baratro. Horat. de Lucrone quodam loquens lib. 1. Epist. 16, usurpat pro ingluvie & voragine. Apud Demosthenem ponitur pro pernicie, ut annotavit Harpocration.

**Barbalissus**, *βαρβαλίσσος*, Castellum in oriente muris cinctum, Steph.

**Barbarr**, Virgo Nicomediensis Diocori nobilis viri filia, à quo in turrim est conjecta, quòd se Christianam profiteretur: ac post omnibus probis nudatum, conveteratumq; corpus, ab eodem ad prælidem ducta, jugulataq; in eadem urbe sub Maximiliano est. Denum Venetiis (quò translata est) condita. Autor Volaterr.

**Barbarium**, *βαρβαριον*, apud Strab. lib. 3: Promontorium est Lulitaniæ, inter Tapsi & Calybis ostia.

**Barbaria**, pen. cor. *βαρβαρία*, Barbarorum regio, & gens fera. Cic. 3. in Catil. Quare bellum nulla unquã barbaria cum sua gente gessit.

**Barbesul**, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conventu Gaditano: & fluvius, qui ubi nomen fecit. Vide Plinium libro 3. capite 1.

**Barce**, *βάρκε*, Vna est ex quinque Libyæ Cyrenæicæ urbibus, quæ Pentapoli efficiunt: ita primula dicta à Barce regina postea Ptolemæo appellata: ut testatur Strab. lib. ult. & Plin. lib. 5. cap. item 5.

**Barcei**, *βάρκαι*, Regionis hujus incolæ. Virg. 4. Aeneid. Hinc deierit in regno, barcei, fures Barcei. Est item Barce promontorium in occidua Asiæ parte, Oceano imminens: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 1.

**Barcenis**, [*Ger. Der Schwarzwald*] Sylva est Germaniæ, Suevos à Chrusci dividers. Volaterr. credit eam esse, quæ hodie *Sylva nigra* vocatur, non procul ab agro Badenfi.

**Barchia**, Cognomen fuit nobilissimæ apud Carthaginienses familiae, ex qua fuerit Annibal & pater ejus Anibalcar. In de Barchina factio est, quæ Barcharum potentie fovebat, & eorum in gerendo bello auctoritatem sequebatur. Frequens eorum mentio est apud Liv. lib. 2. bel. Pun.

**Barcino**, pen. cor. *βαρκίνο* Ptolemæo, Vrbis est apud Hispanos, totius tractus Tarracensis celeberrima, quæ vulgò *Barcelona* dicitur. Ausonius ad Paulinum: Tarraco, & ostritico superaddita Barcino ponto.

**Barderate**, Vrbis est Galitiæ Togatiæ ad Apenninum: Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

**Bardeleanes**, *βαρδελεάνες*, Nomen proprium historici Babylonii, qui in duo dogmata Indos gymnosophilas dividit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samancoi: qui tantæ continentie sunt, ut vel pomis arborum juxta Gangem fluvium, vel publico orizæ & farinæ alantur cibo: & quum Rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum celestium, omnium Chaldæorum excellentissimus fuit. Cuius mentionem facit Eusebius lib. 6. Præparat. Evang.

**Bardefene**, Mesopotamiae præsul, Syrorum lingua doctissimus, & vehemens dialecticus, adversus Marcionem patria lingua scripsit: sed & Græcè ad Antoninum, sub quo fuit, librum de Fato, aliq; composuit, ut ait Euseb. lib. 4.

**Bardines**, *βάρδινες*, Fluvius juxta Damascum. Steph.

**Barduli**, sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turguli & Tapari dicuntur. Plin. lib. 4. cap. 22.

**Barea**, Oppidum est Hispaniæ citerioris, Bæticæ tamen adscriptum, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

**Barène**, *βάρην*, Vrbis Mediæ, vicina Ecbatanis. Steph.

**Barētium**, *βαραίτιον*, Regio ad mare Adriaticum. Steph.

**Bargasa**, Vrbis Carthæ, à Bargaso filio Barges & Herculis, quem Lamus Omphales & Hercules filius perlecutus est. Stephanus. Vide CYARDA.

**Bargent**, Populi sunt Asiæ, ex Troglodytis, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus Maris rubri, Troglodyticæ, & Aethiopiæ.

**Bargus**, Thraciæ fluvius est in Hebrum cadens. Plin. lib. 4. cap. 11. Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Sucus: unde Bargusii.


**Bargyllorum**, *βάργυλλον*, Stephano, Oppidum est Caricita appellatum à Bargyllo Bellerophonis comite, qui ex Pegassidæ interit. Vide Bargyllici campi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

**Bargyllus**, Mons Syriæ in confinio Phœnicæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

**Bariares**, *βαραίρες*, Indorum rex, bellum adversus Dionysium gessit: meminit Steph. in civitate *νίση*.

**Baris**, Oppidi & fluvii nomen, vide in APPEL.

**Barium**, *βάριον* Ptolemæo, Apulicæ oppidum est, teste Plin. lib. 3. cap. 11, quod servato antiqui nominis aliquo vestigio, vul-



gō *Bari* vocatur. Horat. 3. Sat. 5. Bari in cenia piscosū. Vbi Bari dixit, pro Bari.

**Barnichtius**, *Βαρνίχτιος*. Fluvius est Peloponnesi, in Alpheum influens, qui & Enipeus appellatur à Strab. lib. 3.

**Barnus**, *Βαρνυτιος*, Oppidum est Macedonię, prope Heracleā. Autor est Strabo lib. 7.

**Bārōvīā**, *Βαρωνία*. Provincia est Vngarię sive Pannonię inferioris, soli fertilitate, panis & præsertim vini abundantia & præstantia reliquas omnes ferē Vngarię provincias vincens, unde etiam Pannonum lingua nomen traxit Baranya, quasi *Baranya*, mater vini. Hęc provincia duplex est: superior, cuius caput est Tholna, & inferior, cuius metropolis Lasco, utraque Danubio celebris.

**Bārī**, Oppidum Orobitorum in Italia Transpadana, regione undecima, Autor Plin. lib. 3. cap. 17.

**Barthgadoch**, *Βαρθγαδοχ*, Filius Trifitix: ut Timor Martis.

**Barutus**, vel Barucum, Vide in dictione **SERYTO**.

**Barygala**, Insigne emporium Gedrosię, Steph.

**Basilbocates**, Gallię populi sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 19. Pisonibus vicini.

**Basin**, *Βασιν* [ *Βασιν* ] Regio trans Iordanem est, quā dux & amidia tribus possederunt, quę interpretatur ubertima & pinguis.

**Basanię**, vel (atalis placet) *Βασανία*: per tres syllabas. *Βασανία*, *Βασανία*, Populi sunt Thracię, Stephano.

**Batera**, pen. prod. *Βατερα*, Oppidum Phœnicę, Steph.

**Bāstle**, pen. prod. *Βαστλία* Ger. *Basst*. Vng. *Basilea*.] Rauracorum urbs celeberrima, ad Rhenum fluvium in agro Gallico sita: à Germanis tamen (ut pleriq; cis Rhenu loca) habitata, eadem aut certe proxima ei, quę Augusta Rauracorum Ptolemo appellatur. Vulgo *Basle*.

**Bāstlicē**, Adv. *Βαστιλική*. Pol. *Pankō*. Vng. *Királyut*, *friffen*. Ang. *schelle*, *magnificē*.] Regiē, magnificē, splendidē, egregiē. Plaut. in Pœn. Basilicē ornatus incedit, & affabit ad saliciam.

**Bāsilēi**, orum, *Βασιλειοι* Straboni, Populi sunt Sarmatię Europę ad utranq; Istri ripam incolentes, Iazygibus, & Vegis finitimi maxima ex parte ē Nomadibus: hoc est, pastoribus constantibus: idem (opinor) cum iis, quos Pomponius à regibus moribus Basilidas vocari tradit.

**Bāsilēi**, *Βασιλειοι*. Insula in Oceano septentrionali; immensę magnitudinis, distās à Scytharum littore tridui navigatione, quę alio nomine Balcia dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 13.

**Bāsilēis** finus, *Βασιλειος ἑρμα*, qui Ioniam, Aliz minoris regionem alluit Plin. lib. 5. cap. 29.

**Bāsilēi**, *Βασιλειοι*, Populi sunt Sarmatię Europę, Gertho amne à Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regis moribus, ut tradit Pompon. lib. 2. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12.

**Bāsilēides**, *Βασιλειδοι*, Nomē proprium cuiusdam hæretici, qui trecentos sexaginta quinque cœlos esse credebat, quō dierū numero annus includitur: cuius sectatores dicti sunt Basilidiani.

**Bāsilēis**, *Βασιλειος*, Civitas Arcadię, Steph.

**Bāsilēus** Cæsariensis, Gregori Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporibus floruit. [Ger. *Ein stommer Bischoff zu Cæsarea*.] Is Cæsareę Cappadocum præful factus, iussus à Valente, qui Anianis favēbat, deserere officium, atq; in exiliū abire. Quum q; ille minime obtemperaret, atq; uti contumax tribunali præfecti adhiberetur, ac minis parere principi diu frustra tentaretur, nox ei spatium ad deliberandum datur. Basilus: Nequaquam ego, ait, tu potius in hoc spatio ab incepto desistes. Itaq; in ea nocte uxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper parvula extincta, Valens rogatum misit ad Basilium, ut precibus ad Deum sulis, ipse saltem servaretur. Sic itaq; accidit ut Basilus servaretur. Hęc ex historia Rufin. & Basilus Ancyranus præful, arte medicus, scripsit contra Marcellum de virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Constantino, in parte Macedonię cum Eustathio & Sebastiano princeps fuit. Autor Hieronymus. Aliū quoq; eius nominis Suidas commemorat, præsidem Cilicię sub Anastasio principe floruisse: haud ab similem primo & abstinentia, & vitæ institutis, scripsisseq; cōtra Archelaum quendam presbyterum Coloniensem. & Basilus item Asię fluvius Strab. lib. 16. Inter Euphratem atq; Tigrin fluit aliud flumen quod Basilus appellatur.

**Bāsilus**, unus ex interfectoribus Cæsaris ponitur ab Appiano. Item aliter fuit pirata infamis. Lucanus:  
Et Basilum videre ducem, nova furta per æquor.

**Bāstini**, *Βαστινι*, Populi Arabię Steph.

**Bāstiani**, Strab. lib. 3. Populi sunt Hispanię, in tractu Bætico, qui & Basuli dicuntur.

**Bāforopeda**, Regio Medorum Armenię contributa, ut tradit Strab. lib. 11.

**Bāstianus**, patria Syracusanus, Romam studiorum causa mis-

sus, ubi Christianus factus, Ravennam insectante patre fugit. Inde Laudensis præful electus, ibidem decessit nonagenarius 14. Calend. Februar. clarus prodigiis, ab ulcerosis maxime invocatur: emicuit Ambrosii tēporibus, quem ægrotantē adire, morientiq; interfuit. Autor Volaterr.

**Bāstārs**, is, vel idia, *Βασταρς*, Bassareis: hoc est, Bacchi sacrificula. Pers. Sat. 1: Et sedum vitulo caput ablatura superbo Bāstārs. & Est etiam vestis genus ad talos usq; demissa, qua in Bacchi sacrificiis utebatur sacerdotes. Dicitur autem est Bacchus Bassareus à Bassa Lydię oppido, ubi præcipue colebatur: vel *Βασταρς*, quod est clamo, quod eius sacra maximis clamoribus à Bacchi celebraretur, vel à genere vestis, ut inquit Cœnurus in Persium, Sat. 1. qua Liber pater utitur demissa ad talos, quam Thracę Bassaris vocāt. Horat. lib. 2. Carm. Ode 15: Non ego te candide Bassareu Invitum quatiā.

**Bāstus**, Poeta Epicus, cuius fuit, teste Quint. li. 10. cap. 1, vehement, ac poeticum ingenium: nec ipsam senectute maturam, præveniente fato, quemadmodum & Valerio Flacco cōtingit. Item: Ausidius Bastus, historicus, Quintilianus temporibus, qui bellum Germanicum scripsit. Vide Quint. lib. 10. cap. 1. & Cæsius item Bastus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo scribit Probus: Cæsius Bastum poetam Lyricum fama est in pedibus suis, ardente Veservo, & late vagantibus ignibus, cum vella sua flagrasse. Quintilianus quoq; se eum vidisse ait. & Bastus item Romanus medicus fuit, cujus unguentum arthriticum citatur ab Aetio lib. 12. & Præter hos fuit Bastus mithyæ sub Deio clavis ferreis confixus. Autor Volaterr.

**Bāstārs**, *Βασταρς* Steph. Populi sunt Sarmatię Europę, ad Borythenem amnem non procul à Peuciniis: quorum meminerunt Ptolem. libro 3. capite 5, Plin. libro 4. capite 13, & Strabo lib. 7.

**Bāstul**, Bæticę Hispanię populi prope Turdulos, quorū oppida sunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod & ab Hispanis Vbida. Mons item Calpe, circuitu quidem nō magnus, cæterum ad eodē cœtus, ut procul aspicientibus columen effigiem repræsentet. Vide Strab. lib. 3, Ptolem. lib. 2. cap. 5, & Plin. lib. 3. cap. 1. & 2.

**Bāstul**, *Βασταρς*, Populi Lybię.

**Bata**, orum, *Βατα*, vicus est & portus in Sarmatia Asiatica, supra Bosphorum Cimmericum, non procul à sinu Cæretico. Vide Procl. lib. 5. cap. 9, & Strab. lib. 11.

**Batala**, Antiquissimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Livio commemoratum.

**Batalus**, li, *Βαταλ*, Ephesius tibicen fuit, teste Libanio, qui omnium primus in scena calciamentis formicinis usus est, & fractis cantibus attem tibiarum emollivit. Vnde factum est, ut effeminatis & parum viri, proverbialis figura, *Batali* à Grecis dicantur: quo etiam cognomēto Demolihentes ab inimicia notatus est, ut ipse testatur in oratione pro Ctesiphonte.

**Batana**, *Βατανα*, Locus juxta Euphratem, Stephano. Vide *Agbatana* apud eundem.

**Batance**, *Βατανια*, vel Batanea in singulari, Vicus, *Βατανια*, *Βατανια*, Stephano. Vide **BETHANIA**.

**Bātāvī**, Germanię provincia duobus Rheni alveis bona te parte inclusa, quę hodie, *Hollandia* appellatur.

**Bate**, *Βατα*, Pars tribus Aegæidis, Steph.

**Baterara**, *Βαταρα*, Vrbis Ligurum, Steph. \*

**Bātavis**, *Βαταβι*, sum, penultima indifferente. Lucan. lib. 11. Vangones, Bataviq; truces, quos ære recurvo Stridētes acubere tubis. Cornelius Tacitus de situ Germanię: Omnia harum gentū virtute præcipui Batavi, non multū à ripa, insulam Ratu colunt. Cattorum quondam populus, & seditione domesticam eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii heredit. Manet honos, & antiquæ societatis insignie. Nam nec ubi conteruntur, nec Publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantum in usum prætorum (sepulsi, velut tota atq; arma bello reservantur. Hęc ille. Fecunt autem Batavi olim crassitie, & stupiditatis notati: quo fit, ut Aulus Batava, proverbio dicatur de crasso, stupido, & nullius iudicii humane. Vide Erasmi Adag.

**Bātāvōdūrum**, *Βαταβωδουρον* Ptolemæo, Batavorum oppidū ad Rhenum fluvium, cuius meminit Tacitus Annalium libro 21. Creditur idem esse cū eo, quod in agro Trajectino hodie *Viom* appellant.

**Batua**, sive *Batia*, pen. prod. *Βατια*, Filia Teuci Scamandri fluvii filii, uxor Dardani. Diodor. lib. 5.

**Bāthylus**, *Βαθυλλος*, Poeta Tragicus fuit insignis, in Comædiis non æquē felix. & Fuit item Bathylus, Samius adolescens, Anacreontis Poetę amatiss. Horatius in Epod. Nō aliter Samio dicunt aruisse Bathyllo Anacreonta Teum.

**Bātīx**, *Βατιξ*, Civitas est mediterranea Epię, cuius meminit Strabo lib. 7.

**Bātīcā**, pen. prod. *Βατικα* Stephano, Locus est editus in agro Trojano, qui & Iliumulus appellatur, teste Strab. lib. 13.

**Bātīnā**

**Batna**, pen. prod. *Sama*, Oppidum Apulie. Vnde Horat. 3. Carm. Ode 4. siloniq; Batnos & arvum.  
**Batna**, *Sama*, Civitas Orthonae. Steph.  
**Bato**, *Sama*, Historicus fuit Sinopæus, qui historiam de rebus Persicis scripsit. Strabo lib. 12.  
**Batrachus**, nomen proprium scriptoris. Vide in APPEL.  
**Batridés**, Didus est Callimachus Poëta Elegiographus; à Batio parte. Ovid. in Ibin: Nunc quo Batrades inimicum de-  
 vorer Ibin, Huc ego deo vivo teq; tuosq; modo.  
**Batris**, *Sama*, Puella fuit formosissima, quam Philetas Poëta Elegiographus adamavit, suiq; carminibus celebravit. Ovid. lib. 1. Trist. Nec tantum Coe Batris amara suo.  
**Batris**, *Sama*, Poëta Comicus fuit, cujus tres fabulæ e-  
 numrantur à Suida.  
**Batris**, Pallor quidam fuit equorum, de quo talis fabulam  
 fecit Ovid. lib. 2. Metamorph. Quam Apollo Admeti regis  
 amena pasceret, Mercurius hoves quosdam, quæ longius  
 processerant, furto abactas, in sylva occultavit. Batioq; cupiã  
 equarum custodi, à quo uno v. sus fuerat, mādavit, ne cuiquam  
 illi i furtum indicaret, quod ut libentius faceret, vacam pul-  
 cherrimam ei dono dedit. Mercurius vero sibiens, ut hominis  
 experiretur fidem, sumpta alia signa, paulo post ad eum re-  
 dit, rogans, an vacas quasdam diæ transientes vidisset, pol-  
 licemq; si indicaret, vacam cum tanto daturum Batio traq;  
 spe minime corruptus sub quo monte pascereatur, indicavit,  
 eo quam perfidiam Mercurius cum in lapidem, qui Index di-  
 ctus, commutavit Ovidius:  
 Senferat hoc furtum, nemo, nisi notus in illo  
 Hinc scēx, Batio vicinia tota vocabit.  
 & Alms fuit rex Melitæ insulæ, de quo supra in dictione Anna.  
 Vide Batrades. & Fuit item Rex quidam nomine Batus, qui  
 Cyrenem in Africa condidit, quæ lingua ad eò impedita fuit  
 se ferunt, ut verbum *Batris* ab eò originem traxisse putetur.  
 & Bati siphium *Bati* *Sama*, Græci novum & rari quæmpia  
 honorem proverbio vocat Aristoph. in Pluto. & Batus item  
 in epi cuiusdam Poëta nomen est, de quo paulo ante in di-  
 ctione BATOLOGIA.  
**Batum**, Castellum est Campaniæ, cujus incolæ Turno in an-  
 tium venerunt ad verbum Aeneam. Virgil. lib. 7. Aen. Quiq;  
 Tulas, Baturumq; tenent, &c.  
**Batry**, vel *Bacry*, *Sama*, Gens Parthis & Me-  
 diae. Steph.  
**Batris**, *Sama*, Anus pauperula est apud Ovid. lib. 8. Meta-  
 morph. quæ cum Philemone marito Iovem & Mercurium se-  
 cept hospicio. Cornutus in Persi Satyr. 4. scribit anam fuisse  
 pannosam, quæ quam ocyum venderet, non sine modula-  
 tione & adulatione ementes iactabat. Sic enim de illa Per-  
 sius: Dum ne detentius sapiat pannucula Batris, Quam bene  
 dicitur cantaverit ocyma Veræ.  
**Bavus** & *Mevius* in epi Poëta fuerunt & malevoli, Au-  
 gusti temporibus, qui Virgilio suam gloriam invident. De  
 quibus Virgilius ipse in Bucol.  
 Qui Bavum non odit, amet us carmina Mevi.  
**Baulis**, Villæ nomen est, quæ inter promontorium Misenum,  
 Bafaramq; lacum flexo mari alluitur. Servius causam nomi-  
 nis inde sic tam mēorat, quod olim Hercules iuxta Bajas fe-  
 cit caulam bobus, & eam sepit, qui locus primò Baulia di-  
 ctus, mox dici cepit Baulis.  
 B ante E.  
**Beatrix**, virgo Romana & martyr sub Diocletiano Faustinum  
 & Simplicium item martyres fratres, quos prius venulavit, pau-  
 lo post eodē supplicio secuta, quod prædium cuiusdā potenti ven-  
 deri noluerat. Hæc enim diyes erat: ac unâ cum beata Lucina  
 occisorum corpora in agro suo condēbat. Autor Volater.  
**Bebius**, cui cognome fuit Massa, Delator insignis fuit Vespasi-  
 ani temporibus, cujus meminit Iuvenalis Satyra 11. quem  
 Massa timet, quem minere palpat Carus. & Fuit & Bebius  
 Pamphilus Consul Romanus, cum P. Cornelio, eo anno, quo  
 Nume Pompilius libti in agro C. Petilli effossi sunt. Vide Valer.  
 Maxim. lib. 1. cap. 1.  
**Bebriacum**, ci. [Ger. Ein Dorff in schein Cremona vnt Dietrichs  
 Bern in Italien.] Vicus est inter Cremonam, & Veronam, apud  
 quem Vitellius Othonem superavit. Iuvenal. Satyr. 2. Bebriaci  
 in campo spoliū affectare Palati. Cornel. Tacit. Annalium  
 libro 14. No die, quo Bebriaci certabatur, avem inusitata facie  
 apud Regium Lepidi celebri loco confidisse in colle memo-  
 rant, nec deinde certa heminum, aut volantium alium terri-  
 tam, pulsamve, donec Ocho se ipse interficeret. Hanc vicum  
 Itali hodie *Libinam* vocant.  
**Bebriacensis**, se, adjectivum ut, Aves Bebriacenses: ita dicitur  
